



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi**

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

De loquacitate Gradus XI.

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

perdere valebit. Siquidem & pharisæus ille, ex hoc solo condemnatus est. Bonus & probus vult lector, matura acina comedens, acerba legere nunquam patietur: porro grati viri, ac prudentis animus, quotquot in alijs virtutibus<sup>3</sup> inspexerit, studiosissimè notabit: insipiens vero querelas defectusque perferutabitur, de quo modo dictum est: Scrutati sunt iniquitates defecerunt scrutantes scrutationes. Neque si oculis tuis peccatum videris, cõdemnes, neque illis credas: sæpius enim falluntur & ipsi.

*Annotaciones in Gradum .10.*

- 1 Salutare contra detractionem remedium est, cogitare quod Judas inter sanctos & Lairo inter peccatores cum numerarentur, hominum iudicio, hic tamen à Deo electus, ille reprobatus sit.
- 2 Sensus est: vi per secūdū hoc, scilicet peccātes iudicādo, primo illo nos inquinant: & ipsos nos peccare faciunt.
- 3 Manifestior esset sententia si pro [ virtutibus ] virtutes e: pro [ inspexerit ] conspexerit trasulisset.

*De loquacitate Gradus XI.*

**D**iximus in præcedentibus breuiter, quam sit periculi plenissimum, vtq; eos quoque qui spirituales videntur, nonnunquam subrepat iudicare proximos, imo vero iudicari, atque à lingua cruciari: nunc vero causam eius & ianuā per quā ingreditur & egreditur, consequens est paucis eloq, suoq; loco statuere. Loquacitas est inanis gloriæ sedes, per quā seipsam iudicare, atq; in publicū producere solita est. Loquacitas, ignorantie est certum argumentū, detractionis ianuā, scurrilitatis dux, mendacij opifex, compunctionis desolatio, acediae author siue euocatrix, somni præcursor, intentæ fixæq; cogitationis dissipatio, custodiae exterminatio. Contra vero taciturnitas in cogitatione mater est orationis, captiuitatis

reuoca;

reuocatio ignis diuini amoris obseruatio, cogitationum diligens inspectio, specula hostium, acer luctus, lachrymarum amica, memoriae memor operatrix, suppliciorū pictor, iudicij indagatrix, sagax mœroris subministratrix, inimica fiducie quietis coniunx, ambitiosa doctrinæ aduersaria scientiæ adiectio, speculationis opifex, secretorum deum profectus, occultus ascensus. Qui peccatum agnoscit, continet linguam suam, qui vero loquitur, nondum seipsum, vt oportet, agnouit. Studiosus silentij appropriat deo, ipsi que iugiter in obsequio cordis assistens, illustratur ab eo. Iesu silentio admirationi & reuerentiæ Pilato fuit. Viri que quiescens & silens vox profligauit inanem gloriam. Iacobum dixit Petrus & fleuit amariter, quia illius memor fuit, qui ait: Dixi custodiam vias meas, non delinquam in lingua mea. Alteriusque dicitur: Melius est è sublimi cadere in terram, quam in lingua cadere. Plura quidem de his scribere non potest, etsi plures de huius vitij astutiæ id facere horretur. Audiui tamen aliquando virum quendam cuius apud me plurimum valebat authoritas, de solitudinis quiete loqueretur asserentem, quod loquacitatem ex vno horum penitus gigni, aut ex peruersione & iniqua intemperantique consuetudine (. Lingua enim membrum corporis constituit, in quo iam erudita fuerit, eius consuetudinem requirit). Aut rursus, in his qui in certamine summo maxime quidem ex inani gloria, nonnunquam vero ex ingluuie ventris. Quocirca plures cum frenarent ventrem, violentia iam ac debilitate quadam & linguam & eius verbositatem concluderunt. Qui enim sui exitus gessit, circumcidit verba, & qui possidet animi luctum, vt ab igne, fugit à loquacitate. Qui diligit solitudinis quietem

*Psal. 38.*

clausura

clausit os suum. Qui vero processionibus<sup>1</sup> gaudet, hunc vitium hoc cella perturbat. Qui altissimi diuinique ignis flagrantiam sensit, is non secus quā apis fumum, omnem fugit hominum coetum. Apem quippe fumus exagitat, huius vero proposito coetus hominum est contrarius. Paucorum reuera est aquam nullis aggerum molibus septam, suis meatibus arcere, sed multo pauciorum est<sup>2</sup> incontinens edomare os.

In 7. gradum. Annotationes.

- 1 Processiones vocat discursus & exitus è monasterio vel amicorum accessus & visitationes. Qui enim vel visitare alios, vel ipse visitari frequenter cupit, facile in tedium et odium vitæ solitariae per loquacitatem cadit, & tandem cellam cum monasterio derelinquit: in multiloquio enim non deerit peccatum & corrumpunt bonos mores colloquia praua Prouerb. 10 & 1 Cor. 15.
- 2 Astipulatur Ambros. lib. 1 de Offic, quam plures inquit loquendo vidi in peccata incidisse, vix quempiam tacendo: ideoq; tacere nosse quam loqui difficilium est. & Bernard in quodam serm. Tenerum membrum est lingua, & tamen vix teneri potest. Reperiuntur nihilominus tam inter Ethicos quam inter Christianos prodigiosa taciturnitatis ac silentij exempla, Pythagoræ discipulorum nemo minus biennio conticuit. Sgatha lapidem in ore tenuit per triennium vi filere disceret. Secundus philosophus post incestum cum matre peractum æternum tacuit teste Diog. Laër. Paulus Simplex Pauli primi Anachoretæ discipulo magistro iubente integrum triennium tacuit. D. Arnulphus Suefionensis Episcopus 3. annis & 6. mensibus nulli mortalium locutus est, intra perpetuum se silentium continens: vt scribit Listardus eius successor. Monachi quoque in eremo illa quæ in regione Lucaoli habitant

habitabant, per totam hebdomadam districta cen-  
 ra silentium seruabant, solo dominico die post cenam  
 confabulabantur, teste Petro Damiano in vita. S. Co-  
 minici Loricati.

De mendacio gradus. XII.

**E**X lapide quidem ac ferro excutitur ignis, et  
 loquacitate vero ac iocis mendacium nati-  
 tur. Mendacium est charitatis exterminatio,  
 pericurium vero dei abnegatio. Nullus recte sen-  
 tium paruum esse mendacij peccatum existimauit.  
 Quippe contra nullum vitium terribiliori senten-  
 tia spiritus sanctus vsus est. Sicut ait Dauid ad  
 uerbum: Perdes oēs qui loquuntur mendacium, quod  
 illi passuri sunt, qui iuramentis mendacia con-  
 gunt & consummant. Vidi nonnullos mendacia  
 gloriari, eisquē se honestari putare, qui cum  
 eis, ociosoquē sermoni ridicula nonnulla sub-  
 erent, audientium luctus miserabiliter demo-  
 strant. Quoties dæmones ab huiusmodi faecitatis  
 auditu, velut à pestilentiali morbo statim per  
 choationē grauis ac molesti authoris nos fugos-  
 velle perspexerint, tunc iā gemina nos ista cogi-  
 tatione illaqueare nituntur, nobis ita suggerentes. Ni-  
 si contristari fratrem talia narrantē, aut certe  
 teipsum cæteris astantibus meliorem, diuina  
 rerū studiosiorē iudicare. Exi citius nec morā  
 lā ibi feceris. Sin alias, in oratione tua ridiculo-  
 rum rerū tibi imagines finges. Neque inde fugiam  
 lum verū & iniquum cœtum religiosa seueritate  
 dissolue, mortis atque iudicij mentionem in  
 dium adducens. Est quippe præstantius ex  
 fortasse modicum inani gloria respergi, vti  
 mis ita inueniaris vtilitatis author, quam per  
 nauum & improbum silentium tibi pariter &  
 lijs detrumentū causa fieri. Simulatio, mendacium

Psalm. 5.